

Ad quæ verba sic ait præfatus Chryfolog. Sape quærimus, quare sic mundum intrat Christus, ut venios experiat, angustias, partus patitur injuriam, sustinet...

Magis per suadet, vita neque vincula pannorum, canabula toleret imbecillia, bona, quam lacrymis uberum nutrimenta disquirat, etatum gradus; necessitatesque præsentiat.

18.

1. Petre. 2.

Joan. 7. Vita exempli fortissimi motum ad allicendum.

Joan. 14.

D. Cypri.

D. Cyril.

Scribens D. Petrus suis discipulis ait: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Vult Apostolus suos inducere in viam salutis, eosque in omni justitia, ac sanctitate continere...

Cap. 1. n. 3. Quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apprensus eis, & loquens de regno Dei.

N. 4. Et convalescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum. Quia Joannes quidem baptisavit aqua, vos autem baptisabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.

VERSIONES.

Syrus n. 3. Quibus ostendit se etiam eis cum viveret, post quam passus est signis multis.

Græcus. Quibus se repræsentavit ex morte redivivum.

Arabic. Argumentis certis multis, eumque viderunt manifestum & sermonem habentem.

Æthiopic. Se vivum post mortem, &c. confirmans eos in verbo.

Syrus n. 4. Et cum comidisset cum eis panem, quod audistis ex me.

Aliqui ex Græc. Cumque sale comidissent. Arabic. Cumque se collegisset cum eis in eodem loco.

Æthiopic. Et prandens cum eis. Græcus. Conversans cum eis in eadem aula, seu hospicio.

Pagnin. Vat. Congregans eos in idem locum. Syrus n. 5. Baptisabimini in Spiritu sanctitatis.

Arabic. Non post multos ab his diebus. Æthiopic. Post modicum tempus, quod non fuit longum.

D. Hieron. lib. 8. de Pri. Vos autem Spiritu sancto tingemini.

Quidem apud Rab. Vos autem ungemini Spiritu sancto.

EXPOSITIO II.

Ubius. Nempe ipsis Apostolis, quos elegit per Spiritum S. Præbuit se ipsum vivum, à morte reuicatum, propria virtute, ut verus Deus, quæ & ascendit in cælum, in multis argumentis, id est per multas manifestationes, ac comprobationes, quibus confirmabat suam resurrectionem...

19. Verf. 3.

Luc. 24.

Joan. 20.

Joan. 21.

Rom. 8.

D. Ambrosius.

D. Gregorius.

20.

21.

D. Chryfostomus.

Oecumenius.

Theophylactus.

Luc. 14.

in

Joan. 14. in nomine meo Joan. 14. n. 16. modestia causa, vocat promissionem non suam, sed Patris; sicut & passim omnia opera sua referebat ad Patrem; Quia Pater est primus fons & origo totius Trinitatis; & ad majorem energiam, & ad magis explanandum, ut notat Estius ponitur, inquit, & subditur per os meum, hoc est ex me, seu ex ore meo, qui semper locutus sum vobis vera.

Estius.

22.

Oecumenius.

Theophylactus.

Beda.

Lyranus.

Caieranus.

D. Chryfostomus.

Quia Joannes quidem baptisavit aqua; solummodo, nam ejus baptisimus non conferebat gratiam, sed erat tantum, quædam dispositio, ac præparatio ad illam. Vos autem baptisabimini Spiritu sancto; id est magnis ac extraordinariis illius donis, qualia hæcenus non accepistis, ut inquit Oecumenius, Theophylactus, Beda, Lyranus, Caieranus. Infusionem autem Spiritus sancti vocat baptisimum, nempe mysticum, quia instar baptisimi longè tamen excellentius sanctificat, purgat, roborat, ac magnis donis replet animam. Non post multos hos dies; decimo scilicet ab hoc die, noluit Christus tamen certum diem designare, ut semper essent vigilantes, ac parati, ut notat D. Chryfostomus.

litatem, ac duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crederunt, Marc. 16. n. 14.

Quintò, Glossa. Absentiam quadraginta horarum, totidem dierum præsentia recompenfavit Christus expiravit in feria sexta horâ nonâ; gloriose resurrexit in Aurora diei Dominicæ, proindequæ à morte usque ad resurrectionem interjecerunt quadraginta horæ, quibus anima fuit in Inferno, seu sinu Patrum: corpus autem tantummodo 36. horis jacuit; transactis tribus horis post mortem in sepulchro positum est, ut tenet communis sensus Ecclesiæ, & docet D. Augustinus. Dialog. ad Orosium 65. quæstionum q. 26.

Ecce quanto Deus sit liberalior, ut largior in consolationibus, ac gaudiis, quam in pœnis & desolationibus, ac pœnis infligendis; nam pro 40. horis tristitiæ, ac doloris ex Christi absentia in sua morte, largitus est discipulis quadraginta dies lætitiæ, & gaudii ex sua præsentia; pro una hora doloris, unum integrum diem lætitiæ concessit. Hic videtur adimpletum, quod vaticinavit Isaias 54. n. 7. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te; In modico, nempe tempore mortis dereliquit Christus suos discipulos, at verò tempore resurrectionis eos congregavit in Cœnaculo; ac monte Oliveti in magnis miserationibus gaudiorum, ac consolationum, ac cœlestium donorum; sic & Sapient. 3. n. 6. In paucis vexasti, in multis bene disponemur, & Paulus 2. Corinth. 4. n. 7. Id quod est in presenti momentaneum, & leve (seu ut alij legunt breve) tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.

QUÆSTIO IV.

Quare Christus D. per quadraginta dies apparet suis discipulis, & non per plures, nec pauciores.

23. Text.

24. Quaternarius.

Apoc. 20.

25.

Luc. 22.

Christus magnam reverentiam Patri exhibet.

26.

Exod. 31.

Figuratum figurato respondet.

27.

Ezech. 4.

28.

Jon. 3.

D. Augustinus.

At Text. per quadraginta dies apprensus. Quia tot dierum numerus sufficiens fuit ad suos discipulos adfirmandos, ac instruendos de veritate suæ resurrectionis, & suæ veræ carnis, de mysteriis fidei, ac de his, quæ pertinebant ad Ecclesiam Triumphantem, ac militantem, ut dixi in expositione. Cur verò præcisè tot dies?

Respondeo primò. Nam hic numerus est maxime perfectus, & quadratus, cœlestis Jerusalem ob suam perfectionem, in quadro posita est, Apocal. 20. n. 6. Itaque numerus est valde facit, ac celebris, in Scriptura; lacrymæque est jejuniis Moysi, Eliæ, ac Christi Domini.

Secundò; Christus D. post quadraginta dies à sua nativitate, se præsentavit suo Eterno Parenti in templo Luc. 2. n. 1. præbens magnam consolationem Sancto Simeoni; sic ergo post resurrectionem, quæ est altera nativitas, se præsentat suo æterno Parenti in cœlo, ostendens ei precium nostræ redemptionis, ingerens suâ præsentia cœlestibus spiritibus, eandem reverentiam, quam suo divino Parenti exhibuit in corpore mortali, eandem in corpore glorioso ostendit.

Tertiò. Ut figura correspondeat figurato. Deus se præsentem exhibuit Moysi per quadraginta dies, dans legem & præcepta populo illi antiquo, Exod. 32. Decens ergo fuit ut Christus D. verus Deus incarnatus in Sion totidem diebus cum Petro, ac cæteris Apostolis ageret, tanquam novis legislatoribus, eisque legem Evangelicam traderet, ac explicaret, & ea, quæ ad suam Ecclesiam, ac gubernationem pertinebant, nec plures dies erant necessarij, cum essent ab Spiritu sancto illuminandi. Joan. 14.

Quartò. Quadragenarius numerus maxime electus ad emundandum, ac purificandum, sic ad emundationem Israël dicitur Ezechiel, cap. 4. n. 6. Dominus super latus tuum dexterum secundo, & assummes iniquitatem domus Juda quadraginta diebus. Sic Niniivitis quadraginta dierum tempus datum est ad penitentiam, Jon. 3. n. 4. de quo latè D. Augustinus, tom. 9. tract. 17. ad cap. 5. Joan. sic & Christus D. quadraginta dies designavit ad emundanda corda suorum discipulorum, quibus exprobravit incredulitatem, ac duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crederunt, Marc. 16. n. 14.

Valde mirum quod inter omnes (Virg. Maria excepta) Magdalena esset prima, quæ Christi præsentia resuscitati gauderet; quid habuit hæc mulier ut in tanto dono haberet primatum? Ipsa præ cæteris maxime doluit de corpore Christi non invento in sepulchro, ut pro aliquo tempore in lacrymas prorumperet, ita ut ei diceretur: Mulier quid ploras? Joan. 20. n. 13. Illa plus cæteris doluit, ac magnâ afflictionis angustia oppressa est effusis lacrymis, inde promeruit ut esset prima in perenni, ac æterno resurrectionis gaudio. Perbelle Divus Palchastus lib. 12. in Matthæ. Breves mulieris lacryma ad se attraxerunt ut cito resurrectionis gaudio exultaret.

Adhuc inhæreo Magdalena, quæ ingressa domum Pharisæi stans retro secus pedes Christi: Lacrymis capis rigare pedes ejus. Luc. 7. n. 38. & tunc ab ore Christi illud supremum beneficium & donum accepit: remittuntur tibi peccata tua, vade in pace; ibid. n. 48. hoc est cum lætitiâ, & gaudio, maxime notandum, quod non dicitur rigasse, flevisse, sed quod capis rigare, ut suo loco notavi, ac si ipsa prima lacryma effusa promerisset sempiternum donum, ac gaudium: Remittuntur peccata tua; vade in pace; S. Eucherus lib. 2. Reg. Gutta lacrymarum cadit in S. Euchiæ terram; venia delictorum descendit de Cælo.

QUÆSTIO V.

Quare Christus D. per quadraginta dies apparet suis discipulis, non verò per ipsosmet dies, cum eis semper assistit, & perseverat.

Per quadraginta dies apparet Christus D. suis discipulis, non continue, sed interpolativè, ut ait D. Chryfostomus. Non cessans cum hominibus ut ante per quadraginta mortem, sed multoties per hos quadraginta dies, à ginea diei suis discipulis absens erat. Ubi Christus tunc adesset, inquirunt hic communiter expositores, hanc quæstionem jam tractavi tom. 5. in Evangelia lib. 9.

cap. 10. de Ascensione Christi, q. 1. quod per hos dies frequenter agebat, ac conversabatur cum sanctissima Virgine Maria, cum sacro Parente Elia, & Moysse, ac cum Sanctis Patribus, quos de inferno eduxerat.

Ad quaestionem respondeo primò. Ut Christus resurrexit, non statim ascendit in caelum, nec semper per ipsos quadraginta dies cum suis discipulis assistit, sed aliquando eis praesens adest, aliquando sic absens, ut paulatim, ac sensim assuefiant suam absentiam corporalem sustinere; suavis est modus agendi, dum non subito, sed sensim res disponitur. Vide multa in meis libris. Verb. Paulatim.

Secundò, Oecumenius; sic ait. Per dies quadraginta, non dixit in diebus quadraginta: neque enim continentur, cum discipulis versabatur, quemadmodum ante passionem, sed differente modo: simul quidem, & desiderabilioris reddens suam apparitionem: simul quoque, & sublimiorem, magisque divinum se ipsum ostendens; in quibus duas rationes nobis assignat magnus Pater. Simul quidem, & desiderabilioris reddens suam apparitionem. Magna, ac valde delectabilia, quae aliquando à nobis separantur, ac remouentur, vehementissimum sui desiderium in nobis excitant, quod etiam dixit D. Iustin. q. 84. ad Orthod. Ut suum desiderium magis acueret.

Tertiò, expende praecelaram Patris rationem. Simul quoque, & sublimiorem, magisque divinum se ipsum ostendens. Si per ipsos quadraginta dies perenniter cum discipulis ageret, inde ipsa continua familiaritate minus venerandus haberetur; At verò cum modò se eorum oculis objicit, modoque ab eorum conspectu se remouet, inde fit, ut resurgenti gloria ipsa absentia magis aestimeretur, magis sublimior, ac excellentior videatur. Simul quoque & sublimiorem, magisque divinum se ipsum ostendens. Ac sic non tam divinus, ac sublimis iudicaretur, si in illa gloriose corporis forma continuè cum discipulis esset conversatus. Recessus, ac absentia auctoritatem comparat; familiaris assistentia ipsam reverentiam minuit; ex separatione multam venerationem conciliat majestatem, quam familiaris conjunctio diluit, ac corrodit.

Cum Moyses multam moram faceret in monte, tunc congregatus populus Israeliticus clamat ad Aaton dicens, Surge fac nobis Deos, qui nos praecedant: Moysi enim huic voco, qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit; Exod. 32. n. 1. Valde inconsequens haec postulatio, pro Moysse absente, qui eos eduxit de Aegypto, quaerunt ducem, & ductorem, & ad hoc postulant Deos qui nos praecedant. Moyses quidam erat homo inter eos natus, pro ejus absentia alius homo, qui esset dux, & princeps erat postulandus, ad quid non hominem; sed Deos flagitant, & non unum Deum, sed multos Deos; fac nobis Deos. Abulen. q. 8. Nullus talis ut Moyses videbatur inveniendus, visum ergo fuit eis quod nullum sufficientem directorem habere poterant, nisi Deus esset. Quandiu Moyses erat inter eos multum despectui habebatur, ut frequenter obmurmurant, contraque eum se volebant erigere, imò & lapidare; at verò cum ab eis absens, & separatus in monte moras trahit, ex ipso recessu ac longiori distantia, tam sublimis, & excellentior reputatur, ut ejus absentia, ac administratio, non per hominem, sed per Deum, & non unum Deum, se l per plures suppleri possit; nullum sufficientem ductorem habere poterant, nisi Deus esset; ex absentia augustior majestas, quam frequens praesentia maxime deprimit.

Maximè ponderatione dignum, quod nascens Christus in Bethleem, donis oblati adoratur à Pastoribus, veneratur à Magis apertis thesauris suis; veniens verò in Nazareth patriam suam, ibi contemnitur, ac minus habetur, ita ut dicerent; Unde haec

sapientia haec & virtutes: Nonne; hic est filius Fabri? Nonne mater ejus dicitur Maria? & sorores ejus apud nos sunt? Matth. 13. n. 55. Unde tanta disparantia? Loquens Propheta Mich. 5. n. 2. ut refert D. Matth. 2. n. 6. ait: Es tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda; ex te exiit dux, qui regas populum meum Israel: ad quae verba appositè Theophylactus scribit, ex te enim egressus est dux: Rectè egressus est, inquit, non in te manebit. Non enim mansit Christus in Bethleem, sed ex ea postquam natus est, exiit, & in Nazareth frequenter conversatus est: Ecce tota ratio differentiae, et si natus fuit in Bethleem; non ibi mansit Christus: sed ex ea postquam natus exiit. Postquam natus est parvam moram traxit, sed confestim egressus est. At in Nazareth frequenter conversatus est. In Bethleem, ubi parva mora, tanquam pertransiens Christus erat, ibi maxime resplendens divinitatis reverebantur, illiusque majestas recolitur; At verò in Nazareth frequenter versans civium vitio contemnitur, & debitus honor deperit, & corroditur: ideo ait Theophylactus ad citatum locum, Math. 13. Consuevimus, ea contemneret, quae valde familiaria sunt: semper magis attendentes alienis, & insolitis. Idem ferè ait D. Thomas ad cap. 40. Ioan. Vide quae dixi tom. 2. in Evang. cap. 10. q. 7. n. 44. & tom. 3. cap. 40. q. 8. circa hos quadraginta dies aliam rationem dabo quaestione sequenti.

QUAESTIO VI.

Qualis fuit haec Christi D. comestio?

At Text. Et convescens praecipit eis. Circa quae verba varia sunt lectiones, nam multi ex Graeco legunt, In sale communicans, ut etiam legunt Theophylactus & Oecumen. Sal in mensa apponebatur, & cum eo panis comedeatur, Eisdem. 1. cap. 4. n. 14. Memores salis, quod in palatio comedimus. Sal symbolum foederis, ac amicitiae est, Levit. 2. n. 13. Circa quod multa hic congerunt docti Lorinus, ac Cornelii, ut Erasmus, & Caietan. Commorans, seu congregans. D. August. lib. cont. Ep. Fund. cap. 9. Conversatus est. Aethiopicus, prandens cum eis; Syrus, cum comedisset cum eis. At nostra vulgata habet convescens; ac ita legunt D. Chrysof. Euthym. D. Hier. Beda, D. August. & omnes codices Latini.

Qualis fuit haec Christi comestio hic inquiritur. Actor de mirabilibus sacrae Scripturae lib. 3. cap. 14. apud D. August. & Durand. q. 3. dicit. putat non fuisse veram comestionem, sed apparentem, qualis fuit Raphaelis Tobiae 12. n. 19. dicens: Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utior. Haec comestio sicut & Angelorum apud Abraham, Gen. 18. non fuit vera, & realis; Quia vera comestio est actio vitalis, & fit ab anima informante corpore, cujus vi trajicitur cibus in stomachum, sed fuit extrinseca, & apparentis comestio facta in corpore aëreo, quae in aërem convertebatur.

At Christi resuscitati comestio fuit vera & realis, sicut ejus locutio, auditio, visio, insufflatio in Apostolos, fractio panis; nam Christus post resurrectionem, assumpsit verum corpus, quod ab anima verè, ut antea informabatur, indeque tales actiones Christi fuerunt verae, & vitales; sicut & comestio, nam Christus habebat verum corpus, verum os, ac dentes, verumque stomachum, in quem cibus trajiciebatur, non tamen informabatur in corpus Christi, nam corpus gloriosum, nec ali, nec crescere, aut decrecere potest; est enim impassibile, & inalterabile,

D. August. bile, nam ut ait August. epistol. 49. q. 1. & ex eo Beda: Alter aquam absorbet terra sitiens, aliter Solis radibus cadens: Illa indigentia, iste potentia. Ille ergo cibus, qui à Christo sumebatur, vel ejus divina virtute annihilabatur, vel in aërem convertebatur; ita Suarez tom. 1. ad 3. disp. 47. sect. 5.

QUAESTIO VII.

Quare Christus D. antequam ascenderet in caelum comedit cum suis discipulis?

Christus in Cenaculo comedit, seu prandium fecit cum suis discipulis, quod frequenter fit meridiano tempore, tunc duxit suos discipulos in montem Oliveti, & in hujus rei memoriam; illa hora, quae est à meridiano, usque ad primam sequentem in die Ascensionis, in multis partibus, ac in toto hoc regno Portugaliae, & ejus ditionibus maxime recolitur, & veneratur musicorum cantu, ac multo luminum apparatu.

Cur autem antequam ascenderet in caelum comedit? Inquit praesens quaestio. Responder, primo Chrysof. Ne ipsum spectrum, & phantasma viderent. Secundo, Christus D. antequam ascenderet, suos reprehendit: exprobravit incredulitatem eorum. Marc. 16. Comedere autem signum est eximia benevolentiae, ac amicitiae. Homo unanimitatis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Psal. 54. n. 14. Rigorem ergo reprehensionis tantae benevolentiae, ac amicitiae signis voluit Christus mitigare, ac commiscere; pro quo vide multa, verb. Benignitas.

Tertiò, Christ. D. per quadraginta dies, & noctes abstinentia eum separavit ab hominum consortio jejuniis. Math. 4. n. 2. totidem ad numerum dies post resurrectionem, cum hominibus conversatur, & manducat, per quadraginta dies apparuit, & convescens; quod notavit D. Hilar. cant. 3. in Matth. ubi de tentatore sic loquitur: Licet esurientem videret, quadraginta tamen diebus in eo jejunium pertinescebat, qua verum ratione, indicat post quadraginta dierum conversationem, quibus post passionem in saeculo erat commoraturus, esuritionem se humanae salutis habiturum; quo in tempore expectatum Deo Patri minus, hominem, quem assumpsit, reportavit. Christus cum esset in mortali corpore abstinentia quadraginta dierum eum sequestravit ab hominum consortio, totidem verò dies post resurrectionem recompensat conversans, & manducans cum hominibus; & si cum adhuc mortalis esset existens, abstinentia quadraginta dierum non manducans, nec bibens eum quodammodo immortalem indicabat, nunc verò resurrectione immortalis jam, tamen manducans & bibens, se mortalem simulat; O quantus Dei amor! sic se contrahit, ac dimittit hominibus, ut homines ad se alliciat ac trahat; sic ipse Dominus de se erga bonos servos; cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis; Luc. 12. num. 37.

Quartò, expende mentem D. Hilar. citati: Quibus post passionem in saeculo erat commoraturus, esuritionem se humanae salutis habiturum; maxime ponderatione dignum; cur Christus D. post resurrectionem cum suis discipulis manducat, ac de cibo agit sic in praesenti convescens praecipit eis. Joan. 21. n. 5. Pueri, nunquid pulmentum habetis. Et Luc. 24. n. 42. Obluunt illi pedes piscis assi, & farinum mellis, & iterum Luc. 24. n. 35. Cognoverunt eum in fractione panis.

Ad quid cum immortali vita (qua nec cibo, nec potu utitur, nec indiget) tanta esurium repetitio: sub illa metaphora, ac affectu temporalis comestionis, cujus expertus erat, indicabat esuritionem ac desiderium humanae salutis se habiturum. Unde ipse Dominus ait Joan. 4. apud Joannem 4. n. 34. Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei.

Quintò, Abiturus Christus facit hoc convivium cum discipulis suis, ut per typam, & figuram daret quandam praebitionem caelestis convivii, juxta illud, quod ipse dixit Luc. 22. n. 29. Ecce ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: Nam sicut terrenus Rex suis Principibus familiarissimis in signum suae benevolentiae eis concedit suam mensam communionem; sic Christus suum declarans amorem erga suos discipulos, ac Principes, eos facit participes suae mensae, ut sub hac metaphora explicetur illius ineffabilis superemae celsitudinis dulcedo, ac magnitudo, ut ex Tito Bostren. Euthym. Theophylactus notavi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 8. q. 6. n. 40.

Sextò, multi graves Doctores hoc Christi convivium referunt ad caeleste poculum divinae Eucharistiae, quam Christus in hoc ultimo vale, cum suis discipulis communicavit, ut dolor de ejus absentia mitigaretur, & ut eos in spe caelestium donorum firmaret, & in adversis corroboraret, suoque exemplo instruerentur, quod enutriti hoc caelesti pabulo, statim in caelum feruntur, & volant. Richardus Victorinus lib. 1. de Emmanuele cap. 16. sic fatuit: Attendite quod dicitur convescens praecipit eis ad Jerusalem ne discederent, & paucis interjectis additur, videntibus illis elevatus est. Ecce quia comedit, ascendit; ut tanto documento nobis insinuaret, quod qui hoc caelesti pabulo pascuntur, statim caelum penetrant: Ecce quia comedit, ascendit.

Frequenter in sacra Scriptura homines reptilibus comparantur, quae sunt animalia, quae toto corpore gradiuntur super tetram. Ezech. 8. n. 10. Ecce omnis similitudo reptilium. Osee 2. n. 18. Et percussam serpens in die illa cum bestia agri, & reptili terra. Et tamen à Christo D. homines vocantur aquilae: Ubi cumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilae. Matth. 24. n. 28. Unde tanta disquarantia, si homines comparantur cum reptilibus, quomodo aquilae dicuntur? Esti homines tamquam reptilia degant super terram, tamen, cum Christi odore ad factissimum ejus corpus accedunt tamquam velocissima aquila terram relinquentes, in sublime, ac caelum volant. D. Chrysof. homil. 24. in 1. ad Corinth. sic ait: Ad hoc nos inducit ad sacrificium illud formidandum, & admirabile, quod jubet nobis, ut aquilae in hac vita ad ipsum evoleamus, vel potius super caelum; ubi enim, inquit, cadaver, illic aquila.

Septimò, Guillelmus apud Titelm. in allegor. ponderat praesentem Textum: Convescens praecipit eis, ut expectarent promissionem Patris, baptisabimini Spiritu sancto, tunc sic ait citatus Guillelmus: Effudit enim de Spiritu suo super omnem carnem, postquam remeavit ad Patrem, nescio an carne, an spiritu magis prodigus, ne quos caro satiaverat, spiritu inebriaret. Convescens Christus cum discipulis suis, statim omnia dona in eis accumulavit, promissionem Patris, Spiritum sanctum, quod connexum habuit illud convivium cum tanta Dei largitate, exhibita fuit in illo convivio Christi caro, inde tanquam in pignore, omnem Dei amplitudinem, ac ipsum divinum Spiritum cum omnibus suis donis illis concessit. Ut quos caro satiaverat, spiritu inebriaret.

Ait